

IN NOMI-  
NE DOMINI NO-  
STRI IESV CHRISTI.  
INCIPIT TESTAMEN-  
TVM MAGISTRI RAY-  
mundi Lulli, & pri-  
mùm de Theo-  
rica.

**E**VS QVI GLORIOSE  
omnipotens existis, propter te  
amare, diligere & recolere in-  
cipimus artem præsentem, ut  
filijs veritatis patefiat, quod in  
parte occultatum fuit à nobis, et ut fiat illis cō-  
plementum tam excellentissimæ nobilisqué par-  
tis philosophiæ, quā manifestabimus in hoc no-  
stro abbreviato volumine, quæ est de transmu-  
tatione nō solum perfecta, immò perfectissima,  
ad quam sophistæ nūquam pertingere possunt,  
& sine causa hanc inclytam scientiā diffamāt:  
& ideo istum dictum librum relinquimus filijs  
nostræ doctrinæ per modum testamenti, quem  
diuidimus in tres libros principales: scilicet the-  
oricam, practicam, et codicillum, quæ tres par-  
tes distinguuntur in quatuor distinctiones, quæ  
**B** sunt